

Michael Cobabus

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S. Th. D. & Mathem. P.P. Ad Exequias, Quas Elisabethae Schutziae, Viri ... Dn. Valentini Beselini, Civis quondam ac Cerevisiarii ... relictae Viduae, Matri suae desideratissimae Filia moestissima Margareta Elisabeta, paratas cupit, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775787353>

Druck    Freier  Zugang



Cobabus, M.,

i n

E. Schütze, (*Schütz*)  
viduam V. Beselin.

Rostock, 1659.

47.







PROGRAMMA,  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**MICHAEL COBABUS,**



S: T: D: & Mathem. P: P.

AD  
Exequias,  
Quas

**ELISABET Æ  
SCHUTZIÆ,**

*VIRI Prudentissimi ac integerrimi  
DN. VALENTINI BESELINI.*

Civis quondam ac Cerevisiarii apud  
nos spectatissimi reliæ Viduæ,  
Matri suæ desideratissimæ

Filia mestissima

**MARGARETA ELISABETA,**  
paratas cupit,

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-  
demicos peramanter invitat.

---

Litteris KILIANIS, ANNO M. DC. LIX.

243



Unt pro dolor! hæc rem-  
pora, ut potius videatus  
contemnere mortem, aut  
parvi aestimare, quam time-  
re magnopere, cum tot nos  
in præsenti casus urgeant,  
qui eam momentis singulis  
inferre, & evitari vix satis  
possint. Nihilominus tamen singularis felici-  
tatis est, inter medias clades exire, atque dum cir-  
cum undique cadunt fulmina, & grando ingruit,  
recto recipi. Nemo enim tam demens vecorsque  
est, qui non periculosa & turbida cum quietis &  
ruris mutari velit. Quod jam pridem precata à  
DEO, post excessum mariti desideratissimi, votis  
assiduis fœmina optima est ELISABETA SCHÜ-  
TZIA, id tandem consecuta, & leni ac placido  
obitu reb⁹ humanis non tantum, sed malis omni-  
bus etiam, quæ aut nunc vexant patriam, aut eve-  
nire unquam possunt, exempta est. Nunquam  
enim hæc vita calamitate atque miseriā vacua,  
& per vires quasdam eam perpetuò, quod Eurí-  
pides dicebat, gaudium versatae dolor. Simul ac  
nascedo prodimus in lucem, & hunc commu-  
nem

5.5

nem haurimus spiritum, velut in quoddam erga-  
stulum atq; pistrinum mittimur, ubi mille ærum-  
næ, mille calamitates casusq; innumerabiles nos  
exercent ac defatigant. Neq; n, ullus euripus tot  
in se resorbetur æstibus redditurq; quo nō nos mor-  
tales miseri in hac vita assidue vicibus volvimus  
& agitamus. Et hoc maximè tempore omnia ad  
ruinam, atq; interitum patriæ, nisi Deus propitius  
à machina intervenerit, videntur spectare. Quod  
si in Tragoëdiis felices pronunciari legitimus, quib⁹  
pereute patriā mori contigit: quidni & bene cum  
Nostra actum existimabimus, quæ antequam ex-  
cidatur penitus patriæ salus vitæ cum morte com-  
mutavit? Quocirca cùm longè deterior nostra cō-  
ditio, quām defunctæ sit, danda nobis opera est,  
ut animum ita instituamus, quò paratus in omnes  
casus hanc diritatem temporum sine molestia su-  
perare possit. In isto a funere fœminæ optimæ nos  
ita comparemus, ut, cùm magno ornamento suo  
sexui hactenq; fuerit, & rectè æstimasse virtutes ej⁹  
& studiosissimi ejus honoris suis videamur. Non  
quidem uti digna videbatur ej⁹ virt⁹, sed uti festi-  
nantibus necesse fuit, quod paullò serius de ea ap-  
pellaremur. Nata igitur est Rostochi d. XXIV.  
Febr. anno recuperatæ gracie cl⁹ Iac III. Patre vi-  
ro nobiliss. ac Consultiss. Dn. JOACHIMO SCHÜGEN  
Consule hujus Reipublicæ quondam amplissimo,  
gravissimoq; Matre ELISABETA GERDESTA, rarissi-  
mi

mi exempli fæmina. Avum paternum sortita fuic  
**NICOLAUM SCHÜHEN** / Senatorii ordinis virum  
apud Güstrovienses longè prudentissimum;  
Aviam paternam ANNAM STOISLOWEN / ex nobili  
& perverusta STOISLOVIORUM familia oriundam,  
**NICOLAI STOISLOVII**, Senatoris Gustroviensis &  
**BRIGITTAE KLEVENOVIAE** filiam. Avum maternum  
habuit JOACHIMUM GERDESIUM, Civem apud nos  
honoratissimum, & antiquis moribus virum;  
Aviam maternam CATHARINAM, MATTHÆI CRÜ-  
GERI, Civis apud Vismarienses inculpatissimi filiā.  
Proavū Paternū commendare habuit JOACHIMUM  
**SCHÜHEN** apud Illustrissimū PRINCIPEM HENRICUM  
augustissimæ memorie Dicecescos Gustroviensis  
Stargardensis & Schwanensis Capitaneū, ut & Se-  
natorē Gustroviensē, in qua gemina provincia ad-  
ministranda, dum fata Deusq; sinebant, luculen-  
ter prudentiā suam atq; solertiam probavit. Pro-  
aviam paternam MARGARETAM Winkelmanns/  
**CHRISTOPHORI Klevnowen**/ Consulis Güstroviēsis  
relictam viduam, matronam virtutibus, quæ eum  
quidem sexum maximè decent, conspicuam.  
Proavum maternum laudavit HENRICUM GERDE-  
SIUM, Consulem de Rep. Rostochiensi multis  
modis optimè meritum; Proaviam maternam  
**ELISABETAM, BRANDANI SCHMIEDES** / Consulis  
apud Vismarienses commendatisimi, filiam, san-  
ctissimis & incorruptissimis moribus matronam

Ex.

Ex his Parentibus præclaris cùm nata esset, vix potuit carere è morum sanctitate & virtutum excellentiâ, quæ in ipsis ante probata fuerat. Vereri Parentes, administrare commissas partes, haurire & exercere pietatis præcepta, atq; imprimere animo penitus amorem & reverètiam Numinis, modeste & sanctè se gerere, hæ artes ipsius, hoc institutum ejus perpetuum fuit, cùm domi & sub Parentum potestate ac disciplina unà cum fratribus & cæteris sororibus ageret. E fratribus quidem, plenis mœroris ac luctu acerbissimi, adhuc superant & aurâ vitali vescuntur (utinam verò quam diutissimè!) vir Nobilissimus, Amplissimus & Consultissimus Dn. NICOLAUS Schüze/ J. V. D. & antehac Codicis in Academia nostra Professor celeberrimus, nunc verò Reverendi Capituli Lubecensis Syndicus benemerentissimus; alter HENRICUS Schüze/ Hæreditarius in Grossenstove/ Vir nobilis, prudentiâ atq; integritate singulari speccatus. Anno cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c XXVII. d. XVIII. Septembris, viginti quatuor admodum annorum Virgo nupsit VALENTINO Beselin/ Civi & Cerevisario apud nos olim unicè charo & adamato. Tam auspiciatò atq; feliciter, ut nihil propemodum conjuges sperare sibi optare q; bonorum haberet, cuius non largiter comportiti fuerint. Si Euripidem audimus, Scenicum illum, ut appellavit Cicero, Philosophū, hoc primum est, quod vitam jucundam beatamq; efficiat,

Cum.

Cum fœundi lucent thalami  
De se genit a flore juventæ.

Liberos omnino tres edidit, ut pote JACOBUM qui  
d. XXIII. Aprilis anni superioris letho datus est,  
rebusq; humanis supremū valere dixit & plauderet:  
JOACHIMUM itidē, quem in primo ætatis flore,  
atra etiam, ut cum Poëta loquamur, abstulit dies;  
& deniq; MARGARITAM ELISABETAM, quæ adhuc  
divinā benevolentia superat, cui in tam duro tri-  
stissimoq; rerum statu initius Numen & meliora  
fata precamur. Quantā curā prudentiāq; in edu-  
candis liberis usū fuerit, quanto amore ac fide su-  
um sibi maritum prosecuta, nemini non consta-  
re arbitramur. Orbata anno clo lœc XXXV. die  
XXVIII. Martii dulcisimi mariti consortio ad  
vota secunda transire noluit, sed summā sanctita-  
tis & innocentiae laude viduitatis suæ annos con-  
secuit! Igitur quemadmodum domi id p̄cipue a-  
gebat, ut sacrarum literarum lectioni invigilaret;  
ita in id potissimum egrediebatur foras, ut ver-  
bum divinum auscultaret. Nam & publicis sacris  
interfuit diligenter, usaq; Dominicæ cœnæ viati-  
co persæpe est: & privatim quoq; pietatem suam  
probavit. Ante annos jam aliquot male habere  
cepit: at non deerat spes fore, in melius ut subin-  
de restitueretur. Quæ corrupta mox tamen atque  
eversa penitus est. Namq; ante ipsas IV. hebdoma-  
das tare & aliis symptomatibus correpta proflus-  
cepit

cepit decumbere. Quare cum animadverteret  
prudenter, instare propediem horam, quam ha-  
bitura novissimam esset, ad Deum se convertit to-  
tam, accersitoque; Ministro Verbi, Viro reverendae  
dignationis clarissimaque; eruditiois M. JOHANNE  
STEINIO, Pastore ad D. Nicolai meritissimo. P. L. C.  
d. XX. Febr. hujus anni, sacro sancto viatico in-  
strui animam iterum curavit. Donec d. XXII, Fe-  
bruarii mensis, hora nona matutina inter medias  
preces atque suspiria, quibus se Servatori optimo  
commendabat, placido obitu obdormiret, cum  
annos quasi LVI fecisset vivens. Haec sunt, quae de  
Ornatissima foemina exponere voluimus. Erant  
infinita alia quidem, & non indigna commemo-  
ratu: sed ea explicare singula, temporis angustia  
prohibet. Nemo rectius vitam instituit, quam qui  
assidue reputat se moriturum. Quemadmodum  
miles dormiens arma de pariete suspendit; vigi-  
lans & irruentem hostem metuens, eadem cum  
induit, cum ad manum habet: ita homo a mortis  
irruptione sibi nihil metuens, securè indormit vi-  
tiis: idem instantem expectans arma induit justi-  
tiaz, ut dignus reddatur illa quae ventura sunt effu-  
gere. Egregia igitur res est mortem condiscere.  
*Vivere, ait Seneca, tota vita discendum est: Et quod*  
*magis fortasse miraberis, tota vita discendum est*  
*mori. Bene & ille: Quod si ab initio secum homines per-*  
*penderent, inquit, mortales se esse, ac postea quam paul-*  
*lulum*

Iulium hoc temporis in vita fuerint peregrinati, hinc reli-  
ctis rebus terrenis omnibus, velut è somno migraturos,  
projecto & prudentius circumspectiusq; vitam duce-  
rent, & cum emoriendum esset, minus angerentur.  
Nonnulla res igitur magis proderit, quam cogita-  
tio mortalitatis. Hoc affigamus animo, hoc no-  
bis subinde dicamus: MORIENDUM EST.  
Non dignus est, ait Cyprianus, in morte accipere sola-  
tium, qui se non cogitarit esse moritum. Optimè ne-  
scio quis Poëtarum:

*Si vivam tanquam moriturus, non moriar tūm  
Cum moriar: moritur sēmper qui vivere credit.*

Quod reliquum est, adhortamur vos sedulò, CL-  
VES N O S T R I, ut præstantissimæ sc̄eminæ exc-  
quias, quæ ad H. I. deinde futuræ sunt, frequentes  
eatis. Id igitur ut faciatis, etiam atque etiam  
vos monemus.

ROSTOCHI d. ultimo Februarii mensis  
Anni clo Icc LIX.

CONVENTUS fiet in Aede NICOLAITANA.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn775787353/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775787353/phys_0016)



cepit decumbere. Quare cum  
prudenter, instare propediem  
bitura novissimam esset, ad De-  
tam, accessitoque; Ministro Verbi  
dignationis clarissimaque; erudi-  
STEINTO, Pastore ad D. Nicolai n.  
d. XX. Febr. hujus anni, sacre  
strui animam iterum curavit. E-  
bruarii mensis, hora nona mat-  
preces atque suspiria, quibus se  
commendabat, placido obitu  
annos quasi LVI fecisset vivens.  
Ornatissima foemina exponere  
in finita alia quidem, & non in-  
ratu: sed ea explicare singula,  
prohibet. Nemo rectius vitam i-  
assidue reputat se moriturum.  
miles dormiens arma de parie-  
lans & irruentem hostem metu-  
induit, tum ad manum habet:  
irruptione sibi nihil mactuens,  
stis: idem instantem expectan-  
tiae, ut dignus reddatur illa qua-  
gere. Egregia igitur res est mi-  
Vivere, ait Seneca, tota vita disce-  
magis fortasse miraberis, tota  
mori. Bene & ille: Quod si ab initio  
penderent, inquit, mortales se esse,



the scale towards document

verteret  
uam ha-  
veritto  
erenda  
JOHANNE  
o.P.L.C.  
atico in-  
XII, Fe-  
r medias  
optimo  
et, cum  
, quæ de  
. Eranc  
memor-  
angustia  
uam qui  
modum  
lit; vigi-  
em tum  
a mortis  
or mit vi-  
uit justi-  
unt effu-  
discere.  
Et quod  
dum est  
nines per-  
am paul-  
lulum